Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bens cephas. Quod mcp: erat petrus. In crastinum voluit exire in galileam: et inuenit philippum
et dicit ei ihs. Sequere me. Erat autem philippus a
bethsaida galilee ciuitate andree et petri. Inuenit phi-
lippus nathanael et dicit ei. Quem scripsit moyses in
lege et prophete. Inuenimus ihsum filium ioseph a nazare-
th. Et dixit ei nathanael. Nazareth potest aliquid
bonum esse. Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit ihs
nathanael venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israe-
lita in quo dolus non est. Dicit ei nathanael. Unde me
nosti. Respondit ihsus et dixit ei. Priusquam te philippus
vocaret. cum esses sub ficu vidi te. Respondit ei natha-
nael: et ait. Rabbi: tu es filius dei: tu es rex israel. Re-
spondit ihsus: et dixit ei. Quia dixi tibi. Vidi te sub ficu
credis: maius hys videbis. Et dicit ei. Amen amen
dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei
ascendentes et descendentes sup filium hominis. Of. Iacob.

Sacrandum tibi due munus offerimus quo beatorum
andree apli sollemnia recolentes purificationem
quoque uirginis uenerabilis implorantes. Per dominum. Comple.

Dixit andreas symoni fratri suo inuenimus messyam qui dicitur
xpus et adduxit eum ad ihsum. Ad

Concepcionis domine sacrum
mentis supplices exoramus. ut intercedente beato andree
apl̃o tuo que pro illius veneranda geimus passi-
one nobis proficiat ad medelam. Per dominum. Eo

Deus qui nos beati
andree de tua sanguinis
unum miris tui concedis natalicio p sinceras
nos tribue uitas adunari. Per dominum. Secreta.

Munera tibi due dicata sanctificet et intercedente beato sanctorum
nomine tuo peadem nobis placatus intende p